



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 62. Linkopingensis Episcopi constantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. LXII.

Sæc. XVI.
A.C. 1527.*Lincopingensis Episcopi constantia.*

Ad hæc Petrus Arosiensis Episcopus, *Loccen. l.cit.*
 aliasque Prælatus respondit, quod

Regis mandato sese subjicere parati es-
 sent. Horum verborum indignitate
Lincopingensis Episcopus tantopere
 commovebatur, ut ei palam declararet,
 nonnisi a stultis, atque insensatis homi-
 nibus ejusmodi consilia ac verba expe-
 ctari posse. „ Si nobis, prosequebatur
 „ Episcopus, Rex bona nostra vi eripe-
 „ re voluerit, eripiat, per me licet, id
 „ tamen nobis consentientibus nun-
 „ quam faciat; & si demum nos ad vi-
 „ lium mancipiorum conditionem re-
 „ digat, num propterea Ecclesiæ liber-
 „ tam ore & opere tueri non audebi-
 „ mus? „ Ceteri hoc sermone exci-
 tati in eandem cum Episcopo senten-
 tiā abibant, ac juramento spondebant,
 se semper summi Pontificis obsequio ad-
 dictos fore, nec unquam quamdiu vita
 superstites essent, ullum Lutheranæ hæ-
 resis articulum adoptaturos; interim
 vero, salva Religione, tempori cessuros,
 donec vera Religio prævaleret, ut bre-
 vi fore sperabant. Verum haud diu fir-
 ma perstitit pia eorum voluntas; cum

S 4 enim

Sæc.XVI.
A.C.1527.

enim Rex in quodam conventu proposuisset, ærarium hostium invasionibus necnon ambitione Præfulum atque Episcoporum esse exhaustum, ac proin ad belli expensas, Legationes, arcium munitiones, Regii Principis nuptias, Aulicorum sustentationem, necnon ad præmia Nobilibus, & de regno bene meritis debita, Regi nova suppeditanda esse subsidia, facile tam Nobiles, quam plebæi amplioris præmii spe pellecti, unaomnes lubenti animo Regis petitioni concederunt.

Solus Lincopingensis, cuius constamtiam, animique firmitatem ceterorum ignavia minime corruperat, intrepide Regi sese opposuit, „Rex potentissime, „inquit, tibi tanquam supremo Principi „nostram fidem, obedientiam, ac sub- „missionem jurato obstrinximus, ea ta- „men lege, ne nobis quicquam præci- „pias, quod Conciliis, ac summorum „Pontificum Decretis aduersetur; no- „bis integrum non est Ecclesiarum Pa- „trimonium, & bona nostra, quæ ad „illas spectant, alienare; tenemur non „modo dare Cæsari, quæ sunt Cæ- „saris, sed etiam Deo, quæ sunt Dei. „Rex hujus sermonis vi tactus, ad Se- natores suos, Proceresque se convertit, eorumque sententiam rogavit, sciscita- tus, quid ipsis de Episcopi oratione vi- dere

deretur? Ad hæc Turcio Hansoni, Sæcul. XVI.
 quem Loccenius Turro-Joannem appellat, supremus Marescallus ceterorum
 nomine perorans inquit, æqua sunt Lin-
 copignensis Episcopi verba, idem etiam
 omnes mei focii sentiunt. His Rex
 magis adhuc ira accensus, non sine sto-
 macho confessum reliquit, atque ad ar-
 cem sese recepit.

§. LXIII.
*Supremus Marescallus cum ceteris sese
 submittens.*

Verum Turcio Hansoni bido post
 Nobilium, Senatus, populi pre-
 cibus expugnatus, Regis voluntati ces-
 fit: mox vero ad Regem decerneban-
 tur inter Proceres nobilissimi, qui ejus
 iram placarent, rogarentque omnium
 nomine, ut ad comitia redire velit. Si-
 mulabat primo Gustavus eorum votis
 reluctari, verum quarto post die ad con-
 ventum reversus est, ubi cuncta ad ejus
 sententiam gerebantur.

§. LXIV.
*Editum pro Rege sanctum, moxque
 effectui dandum.*

Igitur promulgatur editum, quo Epis-
 copis divitiarum copiam imminuere

S 5 fan-